(27)

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Datas ad me literas R. V. ~~7 Julij~~ 7 Julij, beneuolentiæ, humilitatis, obseruantiæ, ac gratitudinis ~~sine ullis meis meritis~~ plenas ~~accepi~~ hodie accepi: quæ certe pudore me affecere quia cum mihi ~~sit~~ sit compertum, nihil ~~in me dignum~~ in me tantis encomijs, tantaque beneuolentia dignum esse, quanta R. V. carissimique mihi omnes huius Belgicæ prouinciæ patres ~~me prosequuntur omnium servum indignum~~ ~~servum~~ hunc vestrum omnium servum indignum prosequuntur: cupidum tamen vobis omnium ~~vobis~~, si qua in re possim, ~~obsequendi~~ promptè obsequendi. Quod ad nostra in primam D. Thomæ partem commentaria attinet,) in lucem tandem (Deo auxiliante) prodiere; ~~tametsi~~ adeo tamen ignauiter cusa, ut si quem splendorem habitura videbantur, ~~id obtenebrare illum videatur~~ id non parum illum ~~illum~~ amanti obnubilet. Fortasse ad uestras manus iam deuenere: Rarum quoque, ~~carissi~~ mirum quoque mihi omnium patrum iudicium circa illa ~~et~~ in dies expecto, ut si quid addendum, detrahendum, aut corrigendum, ~~circa ea~~ præsertim quæ ad Concordiam spectant, ~~in noua Concordiæ editione, quam propterea quæ meis commentarijs aucta esse~~ ~~viderentur~~ censueritis, id ~~præsertim~~ ~~opere~~ in ea Noua ~~noua~~ Concordiæ noua editione, opere pretium, quam ~~propterea~~ ob ea, quæ aucta demum meis commentarijs ~~aucta~~ conferri entur, antequam ex hac vita migrem fieri erit necesse.

Aduersarij nostri, qui in Hispanijs commorantur, nihil hactenus aduersus ea ~~sunt loqui locuti~~ obloquuntur: cum tamen à multis probentur. ~~Fore spero~~, Futurum spero, ut eorum animi circa Concordiæ quæstiones ~~materias~~ sedentur, qui (licet multum de antiqua perturbatione ~~remisser~~ remiserant) ~~qui~~ tranquilli omnino ~~n~~erant: si tamen ~~hominum ingenia~~ semel passione ~~commota~~ hominum ingenia atque æmulatione ~~commota~~ ~~semel~~ commota, sedari unquam, nisi à ~~solo~~ Deo, possint. Ad R. P. Leonardum Lessium me scripsisse memini, in votis habere, ut ~~atque ut istic~~ ~~istic~~ (~~ut~~ istic in Belgia Noua Concordiæ editio cudatur;) ~~atque adeo me non aliud solum quam id expectare~~ atque adeo solum me ~~adeo~~ expectare, tum an lectis nostris in primam partem commentarijs aliquid aduersarij circa quæstiones Concordiæ adhuc reclament; tum etiam vestrum, aliorumque de nostra Societate ~~patrum~~ iudicium, num ~~aliquid~~ addendum, detrahendum, aut mutandum aliquid sentiant, ne ~~editione in Con~~ præpropera hac editione aliam addere sit necesse

Ea etiam de re ~~egi~~ Madriti cum Patre Celandia egi, cui consilium
nostrum placuit, seque id curaturum promisit. Obtarem
ut cum primum ad vos commentaria nostra pervenerint
ante omnia ~~et~~, quae ad ~~con~~ Concordiam sunt addita, le
gantur, ut iudicium eadem vestrum omnium citius
ad me devenire possit. Interim ad ~~Rcum~~ R. P. nostrū
Generalem scribam, ut nostrum consilium probet,
et sic rationem totam ad vos mittam qua ~~typis~~ nova haec
~~add~~ editio ^typis^ mandari debeat; quid ~~scilicet~~ ^videlicet^ ~~addi~~, quibus
in locis, et quo ordine ex commentarijs in primam partem
addi, ~~et~~ quid ^item^ ex ~~prima~~ Concordia detrahi debeat.
Simul facultatem ^mittam^ ^codices^ novae huius editionis in Hispanias as
~~portentur ac vendantur~~ portandi ac vendendi: ~~est~~
~~enim~~ ^in quibus^ penuria ^magna est^ ~~maxima in illis regionibus~~, etiam codicum
primae editionis, qui a quam plurimis requiruntur ac
desiderantur. Opus tamen erit, ut typographus, pis
ne, cuius sumptibus atque in cuius commodum haec nova editio
fiat, ~~gratis~~ codices aliquot gratis ad nos mittat, ut
inter nostrae Societatis Patres distribuantur, atque ad
sumptus non leves, quos in parandis operibus quae
cudantur, fieri est necesse. ~~Quod tamen~~ ^quicquid autem hac de re^ Reverentiae
vestrae ~~hac in re~~ statuerint, id ego ~~omnino~~ ex nunc
^omnino^ ^~~neque erit necesse eadem re ad me rescribere~~^
probo. Opus tamen erit ut ~~sumptibus~~ typographi
sumptibus. Metinam usque importentur: quo mitti ~~erit~~ ^oporteret^
~~necesse~~ quam plures aliorsum, ut ~~tanquam~~ inde, tanquam
ex ~~loco~~ magis ~~opportuno~~ idoneo loco, ~~in cetera Hispa~~
~~niarum loca vendendi deferantur~~ in Hispanias totas
vendendi diffundantur. Rem hanc totam agere poterit
R. ~~V.~~ V. cum R. P. Aegidio Schondecho, quem ~~multum~~ meo
nomine ~~salutabit~~ multum salutabit, cum ~~R~~ R. P. Provin
ciali atque alijs Patribus. Tomus noster primus, ~~de Iustitia~~
ex quatuor de Iustitia, ~~et ex...~~ ~~incipi debuerat~~ decima
septima die mensis ~~elapsi~~ proxime elapsi ~~Si~~ incipi debuerat
typis mandari: cum autem caetera essent parata, qui novos charac
teres ~~fund~~ conficiebat, tempore praescripto eos non absoluit. Hodie ~~paene~~
~~mis~~ dicuntur in hanc pervenire civitatem.

Quod ad quaestionem attinet, circa quam R. V. nostram sententiam ~~iudicium~~ audire desiderat, ~~illud in~~ illud in primis in memoriam reduco, quod in 1a cordia dixi. ~~Etiam~~ Gratiam etiam gratum facientem, ceteraque supernaturalia habitualia dona, rationem sortiri gratiae praevenientis comparatione sequentium operum, quatenus scilicet adiumenta homini aut angelo iam iustificato sunt, ut facilius bona opera eliciat, tentationibus resistat, atque a peccatis se contineat. Deinde paucis dico. Gratiam praevenientem Lucifero collatam ~~longe maiorem~~, cum qua a peccato non se continuit, longe maiorem fuisse, ~~quam~~ quam quae minimo angelorum ~~fuit collata~~ data fuit, cum qua tamen perseveravit in gratia, vitamque aeternam obtinuit; simpliciterque esse appellandam maiorem gratiam: quoniam de gratia severa est, habuitque in Lucifero non solum rationem gratiae praevenientis comparatione sequentium actuum, ~~quos~~ quos non elicuit, atque ut se ab eo peccato contineret, a quo non abstinuit, sed etiam gratiae gratum facientis; et maior in se ~~ex ipsa~~ fuit, licet minus ~~ea~~ cum ea, immo nihil, quando in peccatum lapsus fuit, ~~a~~ libertate sua ac ~~culpa~~ negligentia conservari voluerit. Neque est existimandum, ~~si~~ in illis rerum circunstantiis, si gratiae illae praevenientes commutatae fuissent, et quae infimo angelo fuit praestita, collata exhibita, fuisset Lucifero et e contrario, quae Lucifero fuit ~~collata~~, ~~praestita fuisset~~ infimo ~~collata fuisset fuisset~~ angelo, hunc lapsurum, et Luciferum in gratia perseveraturum; aut gratiam, quae Lucifero fuit data, a Deo fuisse ~~exhibitam~~ illi ~~praestitam~~ datam, ut corrueret, seque ipsum damnaret; sed potius ut ea potentius a peccatis ~~se~~ ~~se nervaret~~ ~~se contineret~~ abstineret, intensiusque operaretur bene, atque ad maiorem gloriam perveniret. Ad quaestionem vero, quis eorum fuerit a Deo magis dilectus, dicendum est. Si de gratiis praevenientibus solum loquamur, voluntate absoluta ~~ex~~ Dei illas eis conferendi, atque adeo de dilectione qua ~~conferendo illis ea~~ statuendo illas conferre, et reque ipsa in tempore eas conferendo, ipsos dilexit, longe plus dilexisse Luciferum, quam infimum angelorum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

eo quod longe maius bonum Lucifero, quam infimo angelorum, ea ratione praestitit. Si vero in sola gratia praeveniente non sistamus, sed simul consideremus, Deum elargiendo infimo angelorum minorem eam praevenientem gratiam, praevidendoque illum in eo ordine rerum ergo sua libertate ac bonitate perseveraturum usque ad terminum in gratia, voluisse simul illi absoluta consequenteque voluntate perseverantiam illam in gratia, atque augmentum in ea, et praemium vitae aeternae; quae tria, praevidendo Luciferum pro sua libertate lapsurum in peccato, eidem Lucifero voluntate consequente denegavit, dicendum est, absolute plus dilexisse infimum angelorum, quam Luciferum: tametsi voluntate antecedente, dependenterque a libera cooperatione Luciferi, atque adeo (si per illam) non staret, plus dilexerit Luciferum, quam infimum angelorum; eo quod maiora merita, et maiorem gratiam et gloriam ex voluntate illi competerit, ad eamque sua providentia vere, et non ficte, eum praeordinaverit.

Quod de libro vitae studiorum [illegible] dicitur, nihil urget. Quoniam licet patres illi forte arbitrantes cautius se loqui, id ita commutaverunt; neque tamen negant, neque negare possunt, gratiae praevenientis auxilium vere esse gratiam, et beneficium gratiae, atque adeo, si in illo solo sistamus, non negant maius beneficium gratiae collatum fuisse ex [illegible] ei, cui maius tale auxilium, quam cui minus.

Secundum etiam argumentum non convincit, quoniam quod auxilium praeveniens congruum gratia sit, aut non sit, non provenit ex auxilio ipso, sed ex nostro libero arbitrio volente aut non volente cooperari: neque certum est, immo omnino ambiguum, an si commutata fuissent praevenientes gratiae, quae Lucifero et infimo angelo collatae sunt, econtrario res essent eventurae, ut supra dictum est; quin potius verisimilius est, infimum angelum cum supernaturalibus donis Luciferi, intensius ac melius cooperaturum, perventurumque in maiorem vitam aeternam; Luciferum vero cum minori auxilio gratiae, existentibus naturalibus eodem modo, sub eisdemque circumstantiis, similiter, aut forte citius, et foedius peccaturum. Et quivis sapiens potius eligeret maius, quam minus auxilium gratiae, putaretque magis se diligi a Deo, maiusque ab eo accipere beneficium collatione maioris auxilii, sciens illo se magis sub quibuscumque circumstantiis adiuvari, quam minori, a suoque solo libero arbitrio pendere efficere, aut non efficere, quodvis illorum efficax.*

* Et saltem nullus sapiens dubitare posset, sistendo intra solos limites gratiae praevenientis, se magis a Deo diligi collatione maioris eiusmodi auxilii, quam minoris. + Semper posset cum maiori, quam cum minori auxilio.

Quod subiungitur de auxilio dato bono latroni aut infimo angelorum, collato cum maiori auxilio Iudae aut Lucifero praestito, simili modo falsum supponit, nempe si quidam tertio auxilia infimi angeli et Luciferi exhibita fuissent, aut latronis et Iudae, corruiturum cum auxilio Luciferi, aut Iudae, et perseveraturum usque ad ultimum terminum in gratia cum auxilio infimi angeli, aut latronis. De quo nihil omnino constat. Sed utrumque ab libero illius arbitrio penderet, facilius que stare +

primam partem tertij argumenti

Ad. 1m dicendum est, facile iam ex dictis constaret, qua nam ratione
Deus voluntate absoluta et consequente magis amauerit predestinatos, quam
non predestinatos: predestinatis enim contulit simul perseuerantiam ~~et augmentum~~
~~gratie~~, ac premium vite eterne, dependenter tamen à libera ipsorum
cooperatione, ~~quæ non volunt non predestinatis~~: maius autem bonum est ~~donum~~ perseue
rantia, ~~et gratie augmentum~~, ac vite eterne premium, quam incrementum
gratie preuenientis, quod quibusdam ex non predestinatis voluit
Voluntate autem antecedente et conditionata, si per reprobos non sta
ret, necesse non est, Deum plus dilexisse ~~omnes~~ minimum
predestinatorum, quam omnes reprobos, ut de Lucifero compara
tione infimi angelorum predestinatorum dictum est. + Ea ~~vero~~
ratione predestinatorum in esse predestinationis non pendere ex nobis,
sed ex sola misericordia Dei; quoniam quod Deus elegerit
eum rerum ordinem, circumstantiarum, et auxiliorum, sine maio
rum sine minorum, in quo preuidebat eos ~~saluandos~~ pro sua
libertate saluandos, qui electione eius ordinis eo ipso prede
destinati sunt, vitamque eternam pro sua libertate consequentur, potius quam
alium ex infinitis, in quo res aliter pro eadem ipsorum libertate habuisset, non fuit
ex nobis, ~~sed ex sola misericordia Dei. quod autem in hoc~~
aut promeritorum et cooperationis nostræ qualitate, sed ex so
la misericordia Dei. quod autem in hoc ipso ordine sal
uemur, atque adeo quod is ipse ordo, quem Deus reipsa elegit,
rationem predestinationis comparatione cuiusque nostrum
sortiatur, et non potius prouidentie adiunctam haben
tis reprobationem cuiusque nostrum, pendens fuit
à cooperatione nostra ~~ita pro~~ preuisa pro nostra liber
tate tali futura, ut vitam in gratia in eo ordine finiremus,
~~ut late utrumque in nostra concordia explanatum~~
~~fuit~~. cum pro eadem libertate cooperatio aliter potuerit ~~aliter~~ esse futura;
~~ut~~ utrumque autem ~~late~~ in nostra concordia fuit late explanatum.

Ad tertiam partem iam facile patet, qua ratione plus Deo
debeat predestinatus, quam reprobus: cum enim ~~a~~, quod ipse
predestinatus sit, pendeat ex misericordia Dei ~~Dei~~ electione eius or
dinis quem reipsa elegit, potius quam cuiusuis alterius in quo
res aliter habuisset, et facile patet plus Deo predestina
~~nati debeant, quam reprobi tos dare~~ tos ea ex parte ac simpliciter de
bere, quam reprobos, neque unquam pares gratias pro
tam ingenti beneficio posse Deo ei persoluere. In eo autem
multorum reproborum ingratitudo maxima in Dei bonitatem ~~atque nequitia~~

Marginal notes (left margin, partly cut off):

am preui... / ...lat futur... / ...r... / ...e duo in / ...edestina... / ...is non volu... / ...t se eo ge... / ...re volu... / ...atis:

Ad. 2am partem dicendum est,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ac misericordiam, eorundem que nequitia, ac iustissima Dei adver-
sus illos ira ~~et~~ atque indignatio elucent, quod cum de maiori-
bus auxilijs gratiae in eo ipso ordine eis providerit, ~~quibus~~ qua-
multis ex praedestinatis, quibus facilius ~~multo~~ ad multo maio-
rem gloriam in eo ipso ordine pervenire potuerunt, quam
multi ex praedestinatis, atque adeo cum longe plus ~~eos~~
~~voluntate~~ antecedente voluntate, non sola, sed vera, eos reip-
sa dilexerit, ad maioremque beatitudinem per suam pro-
videntiam eos praeordinaverit, libertate sua, nequitia
ac culpa ~~ad~~ ab ea ad extremam miseriam deflexerunt

Quae maior gratia praeveniens, data ne Lucifero, an infimo angelo praedestinato.